

Modvs Frvctvose Celebrandi Missam

**Giustinelli, Pietro
Belli, Domenico**

München, 1649

Psalmus 85.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55294](#)

Celebrandi Missam. 142

gnitatem & terra nostra da-
bit fructum suum.

Iustitia ante eum ambulabit :
& ponet in via gressus suos.
Gloria Patri, & Filio, &c.

Psalmus 85.

Inclina Domine aurem tuā,
& exaudi me : quoniam in-
ops, & pauper sum ego.

Custodi animam meam, quo-
niā sanctus sum : saluum
fac seruum tuum Deus me-
us sperantem in te.

Miserere mei Domine, quo-
niā ad te clamaui tota
die : lētifica animam serui
tui, quoniam ad te Domine
animam meam leuaui.

Quoniam tu Domine suavis,

& mitis: & multe misericordiæ omnibus inuocantibus te.

Auribus percipe Domine orationem meam : & intende voci deprecationis meæ.
In die tribulationis meæ clamaui ad te : quia exaudisti me.

Non est similis tui in dijs Domine : & non est secundum opera tua.

Omnes gentes quascunq; fecisti, venient, & adorabunt coram te Domine: & glorificabunt nomen tuum.

Quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia: tu es Deus solus.

Deduc me Domine in via tua,
& ingrediar in veritate tua.

læte-

Iætetur cor meum, ut timeat nomen tuum.

Confiteor tibi, Domine Deus meus, in toto corde meo: & glorificabo nomen tuum in æternum.

Quia misericordia tua magna est super me: & eruisti animam meam ex inferno inferiori.

DEVS, iniqui insurrexerunt super me, & synagoga potentium quæsierunt animam meam: & non proposuerunt te in conspectu suo.

Ertu Domine DEVS miserator, & misericors: patiens, & multæ misericordiæ, & verax.

Respic in me, & miserere mei: da imperium tuum puer-

K 4 tuo:

tuō : & saluum fac filium,
ancillæ tuæ.

Fac mecum signum in bonū,
ut videant, qui oderunt me,
& confundantur: quoniam
tu Domine adiuuisti me, &
consolatus es me.

**Gloria Patri, & Filio: & Spir-
itu Sancto, &c.**

Psalmus 115.

Credidi propter quod lo-
cutus sum: ego autem hu-
miliatus sum nimis.

Ego dixi in excessu meo: om-
nis homo mendax.

**Quid retribuam Domino pro
omnibus: que retribuit
mihi?**

Cal-